



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XLI. Quod nulli aliquid in ecclesia ratione beneficii assignetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

nulum, & vno solo sit contenta. Si qua autem contra hanc nostram prohibitionem venire præsumperit, & commonita se non correxerit, regulari subiaceat disciplinæ.

XXXIX.

Præterea statuimus, præsentis Concilio approbante, vt decetero pro receptione alicuius in domum religionis pecuniam aut quidquid aliud extorquere non præsumant: adeo vt si præ paupertate domus debeat vestire seipsum, prætextu vestium, vltra iustum precium earum, ab eo nihil penitus recipiatur.

XL.

Nunc ergo videamus euangelicæ legis sectatores: cum non nisi in vinea laboranti retributionis denarius sit porrigendus, nec nisi qui altari deseruit de altari viuere debeat, statuimus vt ecclesiæ certis personis deputatæ nulli dentur ad firmam, nisi forte iusta causa fuerit, & a suo episcopo approbata, & vt ita de eius consensu alicui personæ honestæ & ordinatæ detur ad firmam, de quo verisimiliter præsumi debeat, quod fructus ecclesiæ in bonos vsus conuertat.

XLI.

Item vt versutiis & calliditatibus aliquorum obuiemus, qui in fraudem generalis constitutionis nouas quasdam adinventiones fingere moliuntur, statuimus vt non liceat alicui aliquem assignare in ecclesia quidquam nomine beneficii, * quia hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio cui animarum cura fuerit annexa.

Concil. Tom. 28.

Kk